

Band III., Nr. 581, Seite 33-35

König Friedrich II. tauscht von dem Bischofe von Regensburg die Städte Nördlingen und Öhringen, mit der Propstei daselbst, gegen das dem Reiche gehörige obere und niedere Münster in Regensburg ein.

Eger, 1215. Dezember 22.

(Chr.) In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Fredericus secundus, dei gratia rex Romanorum et Sycilie semper augustus. Omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Cum ex debito maiestatis nostre regie dilectos fideles nostros principes benivolentia, quemadmodum ipsi nos fidelitate, pie respicere teneamur, dignum animadvertimus, ut rationabilibus eorum petitionibus annuamus et profectibus, maxime in causis que ad honorem et profectum tam imperio quam ipsis videntur petentibus provenire. Igitur, cum ecclesia Ratisponensis habuisset villas quasdam proprias, Noerdelingen et Örngov, usibus imperii commodas, et imperium habuisset Ratispone duo monasteria, inferius scilicet et superius, claustra sanctimonialium, usibus similiter ecclesie Ratisponensis commoda, considerata fidelitate ac devotione, quam ecclesia Ratisponensis progenitoribus nostris, felicitis memorie avo, patri ac patruo nostro, in imperio frequenter exhibuit, consideratis quoque laboribus et gravibus expensis, quas electe predictorum monasteriorum fecerunt hactenus post^a imperium pro iure ipsarum suscipiendo, considerato etiam precipue commodo imperii, cui tenemur intendere, consilio principum, qui presentes erant, et curie nostre, de predictis, civitate videlicet Noerdelingen et villa Orngov, cum prepositura eiusdem loci, et de pretaxatis monasteriis, cum venerabili Ratisponensi episcopo Chvnrado, dilecto consanguineo nostro, fecimus permutationem et concambium. Ipse enim episcopus civitatem Noerdelingen et villam Orngov, cum prepositura eiusdem loci et advocatia utriusque, cum omni iure proprietatis, sicut ecclesie sue attinuerunt, imperio donavit, et nos e converso illa duo cenobia Ratispone, inferius monasterium et superius monasterium, donavimus ecclesie Ratisponensi, cum proprietate atque advocatia et omnibus attinenciis et cum omni eo iure quod imperium in eis habuit, ut vacantibus abbaciis in predictis monasteriis electe ipsorum temporalia et omnia iura alia, que hactenus requisierunt ab imperio, deinceps perpetuo requirant ab ecclesia Ratisponensi, et episcopus eiusdem ecclesie, quicumque tunc fuerit pro tempore, illa donet et conferat sine impedimento. Ut autem hec nostre permutatio et concambium rata permaneant in perpetuum, et deinceps nec per oblivionem nec per calumpniam cuiusquam cedere

^aVerschrieben für *apud* oder *aput*.

II

possint in irritum, presentem paginam sigillo nostre maiestatis et subnotatione testium fecimus roborari. Testes hii sunt: Chvnradius, Metensis et Spirensis episcopus, imperialis aule cancellarius, Otto dux Meranie, Chvnradius burgravius de Nvrenberch, Boppo comes de Hennenberch, comes Albertus de Ebersteine, markio de Baden, Gebehardus lantgravius de Livkenberge, Henricus de Niffen, Wernherus de Laber, Anshelmus marscalcus de Ivstingen, advocatus de Râprehteswilaer, Wolframmus et Chvnradius fratres de Kranchesperch¹, Albertus Rindesmovl, Siboto de Tanhvsen², Chvnradius de Werde et alii quam plures.

 Signum domini Frederici, Romanorum regis invictissimi, (*Monogramm*) secundi et regis Sycilie.

 Acta sunt hec anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XV^o., indictione IIII^a. Data aput Egram, per manus Chvnradi, Metensis et Spirensis episcopi, imperialis aule cancellarii, undecimo kalendas Ianuarii.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roter und gelber Seidenschnur das wohlerhaltene, gut ausgedrückte, runde Majestätssiegel mit dem im Krönungsschmuck auf einem zierlich geschnitzten Stuhl mit Lehne und Fußbank sitzenden König. Die Umschrift lautet: FRIDERICVS DeI GR*ati*A ROMANOR*um* REX ET SE*m*Per : AVGVST*us* ET REX SICIL*ie*.

¹Kransberg, abgeg. Burg bei Laufen am Kocher ? Vgl. OAB Gaildorf, S. 165 und 168

²Tannhausen AA ?

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA München

Signatur/Titel des Originals:

Hochstift Regensburg Urkunde 21

Editionen:

WIGULEUS HUND: *Metropolis Salisburgensis*, 3 Bde., München 1620-21, Bd. 3, S. 4 der Münchner, S. 3 der Regensburger Ausgabe. JOHANN CHRISTIAN LÜNIG: *Das teutsche Reichs-Archiv, in welchem zu finden, 1. Desselben Grundgesetze und Ordnungen [...], II. Die merckwürdigsten Recesse, Concordata, Vergleiche, Verträge, Erb-Verbrüder- und Vereinigungen, Pacta und Bündnisse [...], III. J.*, Bd. 18, S. 179, Nr. V. JOHANN CHRISTIAN WIBEL: *Hohenlohische Kyrchen- und Reformationen-Historie: aus bewährten Urkunden und Schriften verfasst, und nebst einem Vorbericht von der Graffschaft Hohenlohe überhaupt*, 4 Bde., Ansbach 1752-55, Bd. 4, Nachlese I, S. 55-59. THOMAS RIED: *Codex chronologico-diplomaticus episcopatus Ratisbonensis*, 2 Bde., Regensburg 1816, Bd. 1, S. 310, Nr. 330. MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 30, S. 36, Nr. DCXVI. JEAN LOUIS ALPHONSE HUILLARD-BRÉHOLLES: *Historia diplomatica Friderici secundi sive constitutiones, privilegia, mandata, instrumenta quae supersunt istius imperatoris et filiorum eius [...]*, 6 Bde., Paris 1852-61, Bd. 1,2, S. 432. MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 14,1: *Die Urkunden Friedrichs II. 1198-1212* und Bd. 14,2: *Die Urkunden Friedrichs II. 1212-1217*, bearb. von Walter Koch unter Mitwirkung von Klaus Höflinger und Joachim Spieg, Nr. 340.

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii* Abt. 5: *Die Regesten unter Philipp, Otto IV., Friedrich II., Heinrich (VII), Conrad IV., Heinrich Raspe, Wilhelm und Richard, 1198-1272*, nach der Neubearb. Und dem Nachlasse Johann Friedrich Böhmers neu hrsg. Und e, Bd. 1,1, Nr. 840. *Chartularium Sangallense*, Bd. 3, Nr. 1029.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Eger

Aussteller:

Friedrich II.; König/Kaiser

Ortsindex:

Eger, Region Karlsbad, Tschechien
 Henneberg, SM
 Justingen Wohnplatz (16938)
 Justingen, Schelklingen, UL
 Laaber, R
 Laufen am Kocher : Sulzbach-Laufen SHA
 Laufen am Kocher Wohnplatz (3412)
 Meran, Trentino-Südtirol, Italien
 Metz, Dep. Moselle, Frankreich
 Nördlingen, DON
 Nürnberg, N
 Rappertsweiler Wohnplatz (18353)
 Rappertsweiler, Tettngang, FN
 Regensburg, R
 Rom, Latium, Italien
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein) Wohnplatz (5202)
 Ruine Ebersteinburg (Alteberstein), Baden-Baden, BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) : Innenstadt, Baden-Baden BAD
 Ruine Hohenbaden (Altes Schloss) Wohnplatz (5203)
 Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
 Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES
 Speyer, SP
 Tannhausen Wohnplatz (4968)
 Tannhausen, AA
 Würth an der Donau, R
 Öhringen Wohnplatz (2576)
 Öhringen, KÜN